

*Cognitio iuri iuris
civiles et feudalis.*

1739.



cum

d

2011



Ceux qui ont vaincu
l'empereur n'ont pas
été brûlés

1. Reich

Alte Schule
der Freude

763.

D. GEORGII ANDREAE
IOACHIMI
CONNEXIO
IVRIS PRIVATI
CIVILIS
ET
FEVDALIS

IN
VSVM AUDITORII
CONCINNATA

Ha
3368



EDITIO SECUNDA AVCTIOR.

LIPSIAE
APVD IO. CHRISTIANVM LANGENHEMIVM
MDCCXXXIX.

1 Reich

LECTOR BENEVOLE

Quantum concinnus ordo ad litterarum studia conferat, probe norunt, qui eius beneficio, citiores pariter ac faciliiores in iisdem fecere progressus. Bonus ordo sane, si ab aliis eruditionis partibus discesseris, se maxime commendabilem in Iuris disciplina reddit, ubi de iis, quae in immenso, diffuso, et fere dixeram, confuso Digestorum opere passim continentur, succinctior et disposita magis comparanda est notitia. Id ipsum iam ante aliquot annos, facile a me impetrare potuit, ut quam publice exhibeo Iuris civilis connexionem, in gratiam eorum, qui priuatissimae meae se commiserant institutioni, concinnarem, eoque viam ipsius sternarem, praecisis quibus cunque anfractuosis circuitionibus, ad prima Legum cunabula, inoffenso pede adeundi. Laborem a me non inanem suscepimus esse, postea cum voluptate cognoui. Quum itaque non defuerint, qui ut eam euulgarem vehementius efflagitarent, non potui diutius illorum petitis relatari, potius ipsam reuisam, ubi opus fuit, corretam, typisque expressam bona mente offero. Methodum hanc, licet haud sufficientissimam, non tamen plane inutilem esse, certissime persuasum habeo,

beo, et multiplici edictus sum experientia, inserire posse hanc, quam nunc publici iuris facio, connexionem, illis, qui Themidos sacris initiati sunt, ad addiscendum eo commodius prima iuris elementa, ad imprimendum ea firmius memoriae, dum breuitatem propter legere eam crebrius atque relegere possunt, ad succurrendum denique iudicio, eo quod, qua ratione materiae iuris principes se inuicem excipiant, uno quasi obtutu, perspicere valent. Inseruiet etiam spero, hic labor proueretioribus in Iuris arte, ut praeeunte bac sciagraphia, prolixiorem et solidiorem suae scientiae copiam, ordinatius iterum in memoria colligere, atque in prospectum, quibus se sistere necesse habent, tentaminibus, eo promptius subministrare queant. Hac itaque instituti ratione sufficienter reddita, abunde patebit Lectori, cum discentibus tantum bac in opella mibi esse rem, non docentibus, quibus alia methodo iuris principia exponere facile est et volupe. Si Deus vitam et vires concesserit, quam proxime alio libello, cultiori forte Minerua elaborato, quemadmodum potissima iuris veritates, ex solidis suis principiis, alio plane, quam hic factum est, ordine, deduci atque explanari possint, sum ostensurus. Interea L. B. hoc Catone contentus vale, mibique faue. Scrib. Lips. d. II. Septembr. MDCCXXXII.

IVRIS.



tit. H. lib. 1.

IVRISPRUDENTIA ¹⁾ est diuinarum atque humanarum rerum *doct. in. legib.* notitia, iusli atque iniustscientia. *est Habitus mentis practicus* *hac est legis Jurisdictio.* leges a superiore latas dextre interpretandi, et actionibus subditorum conuenienter applicandi.

absoluitur duabus partibus.

THEORETICA quae proponit **FINEM** et **MEDIA** ad finem ducentia.

PRACTICA quae docet applicationem mediorum, i. e. modum ius suum persequendi in iudicio, dicitur alias *Judicium it. processus.*

FINEM absoluit Interpretatio iuris et Iustitia indeque resultans salus hominum.

INTERPRETATIO est Explicatio voluntatis LLatoris, - *l. 17. ff. d. R. S.*
fuscipitur vel *a*

Principe, voluntate vel expressa et dicitur authentica, vel tacita, per consuetudinem approbatam a principe, et visualis dicitur.

ICto, quae est declarativa, extenuativa, restrictiva? *Quae satum apud eum legi non ex ore sapplicatur.*

IVSTITIA est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi it. est *Conformatio actionum nostrarum cum lege, defin. legib.* *et leges utiles.*

diuiditur in

UNIVERSALEM quae est Conformatio actionum cum lege universalis, *seq. divinar.*

PARTICULAREM, est Conformatio actionum cum lege particuliari, haec est vel *seq. humana.*

DISTRIBUTIVA quae respectum facit ad qualitates personae, et obtinet in Muneribus, Oneribus, Honoribus.

COMMUTATIVA, vbi nullus respectus ad qualitates personae habetur, vt in Contractibus.

In delictis spectatur, virum poena lege determinata, an vero iudicis arbitrio relieta inueniatur, et non opus est, vt fingamus iustitiam vindicatiuum.

A 3

MEDIA

1) Lib. I. tit. I. ff. d. J. et J. et tit. I. Inst. d. J. J.

MEDIA comprehendunt IV S, 2) quod est Voluntas Superioris obligans subditos, et diuiditur in

DIVINVM quod Deum auctorem agnoscit, estque vel NATVRALE s. dictamen rectae rationis.

POSITIVVM { Vniuersale, Decalogus,

Particulare: Ceremoniale, forense.

HUMANVM quod hominem auctorem agnoscit, est vel

GENTIVM quod apud plures gentes iam vltatum, et ab una ad aliam receptione translatum fuit.

CIVILE quod quisque Superior in sua republika constituit; ratione imperii romano-germanici diuidi potest in

CONSTITUTVM, vt Recessus Imperii,

RECEPTVM, vt Iustinianeum, Canonicum, Longobardicum;

VNIVERSALE in toto Imperio obtinens,

PARTICVLARE in certa prouincia obtinens: vt Ius Saxonicum quod iterum est vel Commune vel Electorale.

Vterius a modo promulgandi diuiditur ius in

SCRIPTVM, eius species sunt: Romanorum Leges, Plebiscita, Senatus Consulta, Edicta Magistratum, Responsa prudentium, Constitutiones Imperatorum et nostrorum Principum, quae sunt Edicta, Rescripta, Mandata, Decreta, quo et referuntur Priuilegia, quae sunt personalia et realia, gratiosa, onerosa, favorabilia, odiofa.

NONSCRIPTVM. s. Consuetudo, est Ius per diuturnos mores tacito superioris consensu introductum.

EFFECTVS iuris sunt Obligatio et Actio,

OBLIGATIO est vinculum s. effectus juris, quo quis alteri adstringitur ad aliquid dandum vel faciendum.

diuiditur in naturalem, ciuilem et mixtam.

ACTIONE est remedium legitimum persequendi in iudicio ius sibi competens.

Ius tollitur pro parte per DEROGATIONEM, in totum per ABROGATIONEM,

Ius respicit vel qualitates personae, vel res, vel actiones, hinc IUS vel PERSONARVM vel RERVM vel ACTIONVM dicitur.

IVS

2) tit. 2. Inst. d. J. N. G. et C. tit. 3. lib. 1. ff. d. LL. et tit. 4. d. Const. princ.

IUS PERSONARVM est facultas hominibus competens intuitu certi **STATVS** in quo deprehenduntur.

STATVS 3) est Conditio hominum, secundum quam alicui ius redditur in societate, et est vel

NATURALIS, quem homo a natura habet,

CIVILIS f. aduentius, qui ex dispositione legum ciuilium prouenit,

dispescuntur homines a

NATIVITATE in natos et nascituros, sexv in masculos et foeminas,

AETATE in infantes, puberes, maiorennes, **GENERATIONE** in parentes et liberos, qui sunt **legitimi**, ex iustis nuptiis procreati, legitimati, adoptiui, **illegitimi**, naturales, spuri, incestuosi, adulterini.

LIBERTATE 4) in Liberos, qui vel ingenui vel manumissi,

Seruos, qui nati, capti, venditi,

CIVITATE 5) in Ciues et Extraneos,

Ciues sunt vel Municipes vel Incolae.

Municipes est persona praecedente iuramento et praestatione certae pecuniae a magistratu in numerum s. matriculam ciuium relata, iurium et onerum particeps.

Sunt autem **Originarii** in **Collegio**, et ex diversitate **collegiorum** constitutorum sunt alii in collegio alii extra collegium.

Incola est Persona in aliquo loco domicilium constituens, citra iuris ciuitatis impetrationem.

Ciues obligantur ad soluenda **TRIBUTA** et suscipienda **MVNERA** publica, quae sunt officia ad conseruationem ciuitatis necessaria subeunda.

diuiduntur in personalia, realia, ordinaria, extraordinaria.

FAMILIA hinc sui vel alieni iuris dicuntur, 6)

quatenus { serui sunt in dominica,
liberi sunt in **PATRIA** potestate,

CAPITIS DEMINVTO 7) est Status mutatio in deterius, vel est amissio iurium a conditione ciuili dependentium,

diuiditur in maximam medium et minimam.

PATRIA

3) Lib. 1. tit. 5. ff. d. stat. hom. 4) L. 1. t. 3. Inst. d. iur. pers. cum tit. feqq.

4. 5. 6. 7. et Lib. 40. ff. tot. et L. 39. tit. 1. et 2. ff. d. oper. seruorum et bonis libert. t. 3. tertit. 4. d. assignand. libert. 5) Lib. 50. ff. ad Municip. tot.

6) t. 8. Inst. et t. 6. L. 1. ff. d. his qui sui. 7) tit. 16. Inst. t. 5. L. 4. ff. d. Cap.

PATRIA POTESTAS 7) est Ius patri competens, consistens in administratione bonorum liberorum, et acquisitione ex illis. acquiritur iustis Nuptiis, Legitimatione, Adoptione.

NVPTIAS s praecedunt **SPONSALIA**, 8) quae sunt Mentio et re-promissio futurarum nuptiarum, diuiduntur in *Sponsalia publica* et *clandestina* nec non in ea, quae sunt de praesenti,

de futuro vel sub die vel sub conditione celebrata.

Sponsalia tolluntur *morte* et *repudio*, quod est renunciatio futuri matrimonii inter sponsum et sponsam ex iusta causa, auctoritate consistorii facta.

NVPTIAE 9) sunt viri et mulieris coniunctio, individuum vitae consuetudinem continens, ad propagationem generis humani et mutuum adiutorium.

consistuntur praemissa triplici denunciatione e suggestu, per consensum coram parocho declaratum.

personae matrimonii ineuentes habeant necesse est, declaracionem voluntatis, sive diversi sexus et habiles ad procreandum, tandem, ne in gradu prohibito consanguinitatis vel affinitatis concurrent, requiritur.

CONSANGVINITAS est series personarum ab eodem sive proprio, per carnalem propagationem descendantium. diuiditur in Agnationem et Cognitionem

discernitur per

GRADVS qui cognoscuntur numeratione canonica vel civili.

LINEAS quae est descendens, ascendens, collateralis, aequalis vel inaequalis.

Parentalis respectus dicitur, quoties altera persona communis stituti immediate subest, et altera ab eodem remotior est.

AFFINITAS est Coniunctio vnius coniugis cum alterius coniugis consanguineo vel affine per concubitum contracta.

Nota. In Confanguinitatis linea recta prohibetur matrimonium in infinitum, in linea Collaterali iure diuino in primo gradu et ob parentalem respectum, iure Saxonico usque ad tertium gradum lineae inaequalis inclusive.

Ad affinitatis prohibitionem etiam referri meretur prohibitus inter me et eam, quam mea vxor post diuortium procreauit, nec non inter filium et sponsam patris.

Matri-

7) L. 1. tit. 9. Inst. d. patr. potest. 8) Lib. 23. tit. 1. ff. de Sponsal. 9) Lib. 1. tit. 10. Inst. et L. 23. tit. 2. ff. d. Nupt. et L. 25. t. 7. d. Concubin.

Matrimonii EFFECTVS sunt mutuus amor et auxilium.

MARITVS vxorem alit et aegrotam curat,
liberos in matrimonio natos pro suis agnoscit, alit; conceditur
ei Iure Saxonico Vfusfructus ratione BONORVM VXORIS,
quae diuiduntur in

DOTALIA ¹⁰⁾ sunt quasi patrimonium, marito ad ferenda onera
matrimonij expresse collatum.

dos diuiditur in Confitutam et Promissam, Numeratam et Cautam,
Voluntariam et Necessariam, Profectitiam et Aduentitiam.

PARAPHERNALIA. RECEPTITIA.

hoc loco explicari potest **DONATIO** propter NVPTIAS, quae est *Jegen Vermächtnis.*

Cautio a marito vxori in securitatem dotis facta,

DOTALITIVM f. vflsfructus vxori a marito, aliquo, cui hoc
incunbit, in feudo plerumque constitutus, vt eodem vidua
facta fruatur ad dies vitae in remuneracionem dotis.

MORGENGABA est donatio a marito nouae vxori facta in com-
penstationem delibatae virginitatis,

MVNVS NVPTIALE nouiter nuptis quod ab amicis offertur.

de his bonis disponi solet in **FACTIS DOTALIBVS**, quae sunt:
Conuentiones de acquisitione, restitutione, fructu, periculis *scilicet casis fortuito.*
alisque circumstantiis, circa dotem et negotia affi-
nia.

Celebrantur vel per modum *contractus*, vel *ultimae voluntatis*,

dotem ex iuris necessitate constituit pater,

immobilia dotalia maritus alienare nequit,
donations inter virum et vxorem regulariter non valent.

VXOR obsequium marito praestare debet,
potest modice castigari,
transit in familiam mariti, eius nomen dignitatem et forum af-
sumit.

SOLVITVR MATRIMONIVM

Morte,

Diuortio, ¹¹⁾ quod est vinculi matrimonialis dissolutio, inter
coniuges adhuc viuentes, ex iusta causa vt adulterio et malitiosa
defertia, autoritate consistorii facta.

ab hoc differt Separatio a thoro et mensa, quae est suspensio matri-
monii, autoritate consistorii facta, faluo matrimonii vinculo.

B

Soluto

10) Lib. 23. tit. 3. 4. 5. ff. Lib. 24. tit. 1. 3. Lib. 25. ff. tot. et L. 37. tit. 7. ff. de
Collat. dot. 11) Lib. 24. tit. 2. ff. d. diuort. et repud.

Soluto matrimonio morte mariti, dos reuertitur ad vxorem,
morte uxoris, dos profectitia reuertitur ad patrem iure civili, sed
 iure Saxonico dotem in mobilibus consilentem lucratur ma-
 ritus post concessionem thori, in immobilibus consilens le-
 gitimis mulieris heredibus acquiritur, qui marito ratione impen-
 sarum in dotem factarum satisfaciunt.

LEGITIMATIO 12) est Actus, quo liberi illegitimi consentien-
 tes fiunt legitimi,
 fit vel per subsequens matrimonium, vel rescriptum principis, vel per
 oblationem curiae.

ADOPTIO 13) est actus, quo quis in locum filii vel nepotis con-
 sentiens assumitur, et est vel

ARROGATIO, qua homo sui iuris rescripto principis adoptatur,

ADOPTIO IN SPECIE, qua filius familias autoritate magistratus
 adoptatur, haec est

Plena, quae ab ascenciente fit, et operatur patriam potestatem,
minus plena fit ab extraneo, non operatur patriam potestatem,
 sed tantum adoptio tribuit successionem,
 adoptio fit viriusque consensu, et in arrogatione arrogantis et ar-
 rogandi expressus requiritur, &
 adoptare non possunt, qui adoptandum non praecedunt 18. an-
 nis, et foeminae ad effectum acquirendi potestatem, +
 arrogatio impuberum fit cum cognitione et cautione de bonis
 restituendis.

ab adoptione differt **VNI PROLIVM**, quae est conuentio pa-
 rentum de liberis diversorum matrimoniorum ratione suc-
 cessionis parentum vniendis

Effectus patriae potestatis consilit in *acquisitione* per bona liberorum
vita et recis Iure Rom:

PECVLII 14) quod est quasi patrimonium, quod liberi separatum
 habent a bonis paternis.

diuiditur in

Castrense, quod filiusfamilias intuitu militiae acquirit.

Quasi castrense, quod filiusfamilias intuitu studiorum liberalium, vel of-
 ficiarum publicorum acquiritur,

Profectitum, quod ex rebus patris vel eius intuitu, citra militiae cau-
 fam obuenit,

Aduen-

12) L. 1. t. 6. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. 13) L. 1. t. 11. Inst. et
 L. 1. tit. 7. ff. d. Adopt. et Emancipat. 14) L. 15. t. 1. ff. d. pecul. cum
 tit. 2. seqq. et L. 49. tit. 17. ff. d. castrens. pecul.

Aduentitium regularē, quod filius familias aliunde acquirit, et in quo patri vſusfructus competit,
irregularē, in quo filius proprietatem et vſumfructum habet.

Ulterius ad effectus patriae potestatis pertinet,
quod pater et filius habeantur pro una persona, pater liberis testamento torem det, liberi non possint condere testamentum.

SOLVITVR PATRIA POTESTAS 15)

Morte, Capitis deminutione, Maxima, Media, Minima.

Dignitate summa patriciatus. *Geben der Rath.*

+ Emancipatione,

Anastasiana, quae fit mediante rescripto Principis,
Justiniane, quae fit auctoritate magistratus,
Consuetudinaria, quae fit per matrimonium filiae,
per separatam oeconomiam filii vel
filiae maiorennes.

Nunc ad personas, quae **SVI IURIS** quidem, adhuc tamen sub tutela
et cura sunt, pupilos et minorennes.

TVTELĀ 16) est vis ac potestas, in capite libero ad tuendum eum qui
propter aetatem se defendere nequit. *I. est autoritas a ma-*
gistratu confirmata, in ratione personae, quae
propter aetatis imbecillitatem se defendere nequit.

dividitur in 1) Conventionalē, 2) Testamentariam,

3) Legitimam { ordinariam, masculorum 4) Datuam.
extraordinariam, matris et auiae

Tutor habere debet declarationem voluntatis, dispositionem bono-
rum, sit masculus regulariter, et membrum ciuitatis.

Mater et auia ad tutelam admissa, secundis nuptiis et priuilegiis mulierum
renunciare debet. *v.g. Acta Nilijanæ, Art. 3. Quæ Nutr., Excep. Ign. Paris.*

Tutoris officium *praecedit* satisdatio et decretum iudicis, *conficit* intui-
tu personae in educatione et defensione illius, intui tu bono-
rum in administratione illorum, inuentarii confectione et
rationum redditione, singulis annis quae requiruntur.
bona immobilia non nisi cum decreto iudicis alienantur.

Salarium regulatiter, Tutor non exigitur.

B 2

CVRA-

15) L. I. t. 11. Inst. quibus mod. patr. pot. solu.

16) Lib. I. t. 13. Inst. usque 26. de tutelis et Lib. 26, et 27, ff. tot.

CVRATELA 17) est vis ac potestas administrandi bona eorum, qui vel propter aetatem, vel ob animi corporis vitium, aut propter absentiam, ea administrare nequeunt,

hinc est vel

Cura minorenium, prodigorum, furiosorum, mente captorum, surdorum, mutorum, aegrotorum, absentium.

Cura foeminae sexus { maritalis
judicialis
specialis

Circa curatoris officium eadem repetenda, quae dicta sunt de tutoris officio.

TUTELA ET CURA FINITVR

Morte { tutoris,
pupilli, Aetate, intuitu { tutelae, 12. 14. annorum,
curatiae, 21. annorum,
Capitis deminutio tutoris maxima et media, et pupilli maxima media et minima, Exclusione et suspecti postulatione, testamentaria etiam finitur existente die vel conditione.

damnum dolo culpa lata aut levi latum resarcientium. EX TUTELA fluit actio tutelas, directa et contraria.

directa datur pupillo aduersus tutorem ad rationes reddendas, contraria datur tutori aduersus pupillum ad indemnitatem praeflandom, utraque applicata ad curam dicitur **V T I L I S**, qui ex re agit. Pupilli aliquid ab actio de rationibus distractis, aduersus tutorem ad duplum rei ablatae restituendum datur.

actio subsidiaria contra magistratum, qui aut nullum aut minus idoneum constituit tutorem datur.

ACTIONES EX IVRE PERSONARVM fluentes dicuntur.

PRAEIVDICIALES, quae sunt affirmatoriae et negotoriae,

directae, vbi quaeritur, an aliquis liber, seruus, filius familias an paterfamilias sit.

viles, quae ob paritatem rationis applicantur ad statum coniugalem vel ius agnitionis.

IVS

17) tit. 23. L. I. J. d. Curat. Lib. 27. t. 10. ff. d. Curat.

IVS RERUM est facultas hominibus intuitu rerum competens,

dividitur in

div. f. ex Iure Canonic. IVS IN RE ET IVS AD REM sive in Rem vel in Personam hoc fluunt ex Iure Civili

Res sunt in rerum natura existentes, actu, ipse, vel de futuro,

in rerum natura non existentes,

in commercio i) vel extra commercium, vt sacrae, sanctae, religiosae, communes, reipublicae, vniuersitatis,

Corporales vel Incorporales, vt Seruitutes, Actiones, Iura,

Mobiles vel Immobiles, natura et iuris intellectu tales.

Particulares, Vniuersales { facti, vt grec, bibliotheca,

{ iuris, vt peculium hereditas.

IVS IN RE est Ius quod mihi rem eiusque possessorem denunciat reddit, et producit actiones reales.

agnoſcitur 5. Species: DOMINIVM, HEREDITATEM, SERVITV-

TEM, PIGNVS, POSSESSIONEM.

DOMINIVM 2) est Ius de rei corporalis proprietate disponendi eam i.e. transferre, donare
que vindicandi, nisi lex, conuentio vel testatoris voluntas
obſistat.

est vel reuocabile vel irrenocabile

plenum vel minus plenum { vtile
ciuite vel naturale { directum

Causa dominii est vel ~~renovatio~~ vel prox.

ILLA TITVLVS dicitur ad transferendum dominium habilis, qua-
lis est emio, permutatio, solutio, donatio, et operatur ius
ad rem, non dominium.

Haec vocatur **MODVS** adquirendi, et operatur ius in re.

modi acquirendi dominium sunt vel

NATVRALES Occupatio, Accessio, Traditio,

CIVILES { Vniuersales, Hereditas, Bonorum possesso,
{ Particulares, Vscapio, Donatio, Legatum, Fidei-
commisum,

OCCVPATIO est Apprehensio rei, quae actu nullius est, animo do-
minii facta,

Species eius sunt: Venatio, Captiuitas, Inuentio.

ACCESSION est modus acquirendi id, quod rei nostrae principali acce-
dit, per adjudicationem legis aut iudicis.

B 3

con-

1) Lib. 2. t. 1. Inst. d. rer. diuis. et Lib. 1. tit. 8. ff. d. rer. diuis.

2) Lib. 2. t. 1. Inst. d. rer. diu. et acqu. dom. Lib. 41. t. 1. ff. d. acqu. rer. dom.

venio proponit animalia vera. i.e. in libertate naturali relata, quibus opponuntur
animalia mansueta, et mansuetata. Horum solas dicitur furtum!
Captiuitas quoq; occupatio bellica, per eam acquirevntur res hostium derelicta, et quidem
regulariter non pertinent ad malitia. sed ad p[ro]p[ri]etatem cuius auspicio bellum geritur.
interdum tamen malitiis aliquid ex gratia de rebus mobilibus relinquuntur.
Circa theaurum notandum est, utrum inventus ~~factus~~ + in solo proprio vel alieno artib[us]
magis se ferat. in casu 1) acquiritur Dominio in casu 2) de midium est invento
re. dimidium domino modo non ap[pet]ib[us] sint artes magicae, alias fictae.

contingit accessio -

Naturalis, sine facto hominis, ut in Foetura animalium, Alluvione, Coagulatione, Insulae productione, Aluei derelictione.

Artificialis per factum hominis, quo pertinet Specificatio, Confusio, Commixtio, Inaedificatio, Scriptura, Pictura.

Mixta ad mixtam referunt Perceptionem fructum ex re aliena b.tamen f. Implantationem, Sationem.

T R A D I T I O est translatio rei, ab eo, qui *ius et animum* transferendi habet, in alium accipientem, est vel

Propria corporalium, vel Impropria incorporalium rerum.

Vera vel Ficta { non Symbolica

{ longae

{ breuis manus.

H E R E D I T A T I S A C Q V I S I T I O et **B O N O R V M P O S S E S S I O** proponitur infra.

V S V C A P I O 3) est Acquisitio dominii per continuationem possessionis.

Requisita sunt, bona fides, iuslus titulus, res non vitiosa,

temporis diuturnitas in mobilibus 1. ann. 6. hebd. 3 dies.

in immobilibus 31. ann. 6. hebd. 3. dies.

Difserit a *P rae s c r i p t i o n e*, quae est Acquisitio exceptionis reiue per continuam possessionem b.f. completam.

dividitur in praescriptionem 30.40. annorum et immemorialem.

D O N A T I O 4) est Actus, quo rei nostrae dominium in alterum accipientem ex mera liberalitate transfertur. dividitur in

Donationem inter viuos et mortis causa, a qua difserit mortis causa capio.

Simplicem et Remuneratoriam

reducatur ob ingratitudinem et superuenientiam liberorum, producti conditionem ex l. 35. C. d. donat. vel actionem ex testamento.

*actionem ex stipulata
vel ex pacto, et si
radicis rei accepte LEGATVM 5)* est Donatio a defuncto verbis directis relicta ab herede praestanda.

relinquitur in *C O D I C I L L I S*, quae sunt ultima voluntas, qua absque directa heredi institutione et solemnitate ordinatio- nis alicui hereditatis, eiusue portio vel res singularis relinquitur.

ex vsu codicillorum orta est CLAVSULA CODICILLARIS: Si testamentum non valebit tanquam testamentum, volo ut va- leat iure codicillorum.

LEGA-

3) L. 2. tit. 6. J. d. Vfucap. L. 41. t. 3. ff. d. Vfucap. 4) L. 2. tit. 7. J. d. do-

nat. et L. 39. t. 5. et 6. ff. d. donat. et L. 24. t. 1. ff. d. donat. int. vir. et vxor.

5) L. 2. t. 20. J. d. Leg. L. 30. ff. d. Legat. cum seqq. vsque 36.

LEGATVM relinquitur ab eo, qui testamentum condere potest.

imponitur omni honorato, et acquiritur ab iis qui testamenti **fa-**
ctionem passiuam habent

versatur circa **F A C T U M**, quod possibile et honestum esse debet,

circa res in rerum natura et in commercio existentes,

circa res testatoris, heredis, imo certo respectu legatarii proprias,

huc referri potest legatum debiti et dotis vxoris,

circa res tertii, quas heres redimere et praestare vel aestimationem
solueret debet.

circa res determinatas in specie vel in genere relictas, vbi legatarii

electio est, ita tamen, ut optimum eligere non possit, nisi

O P T I O expresse legata fuerit,

circa res corporales et incorporales, mobiles et immobiles.

LEGATI dies **C E D I T** 6) i.e. incipit deberi, a morte testatoris; ast in *hic in legatis puris quo*
legato annuo singulis annis, conditionaliter existente condi-
tione, susfructus ab adita hereditate cedit, *pertinent legatus sub*
modo, sub die certo, item
VENIT dies, cum illud peti potest. *sub die in certo quanto.*

LEGATVM effectu destitutur,

Si ab initio nullum est, e.g. si voluntas ultima est dubia, incerta ratione reilegatae, non seria, captatoria,

Si ex postfacto confirmatur **F A C T O T E S T A T O R I S**,

reuvocatione testamenti et codicillorum, quae fit *verbis coram*

5) testibus, factis, inductione, cancellatione, alienatione, ex-
actione nominis, admitione et translatione, 7) si mutatur
persona honorata, onerata, res legata, modus legandi,

F A C T O L E G A T A R I I

Ex capite de his quae vt indignis, etc. propter inimicitias capi-
tales, propter repudiationem legatarii,

E X D I S P O S I T I O N E L E G I S

Si res perueniat in eum statum, a quo non potuit incipere, si le-
gatarius rem titulo lucrativo iam acquisierit, hereditate aere
alieno exhausta, per legem **F A L C I D I A M**, 8)

I N T V I T V R E I, eius interitus totali.

Ex Legato datur actio **ex testamento**, Rei vindicatio, Actio Hypothecaria, *In deducenda Salvidia*
FIDEICOMMISSVM PARTICVLARE est donatio a defuncto verbis obliquis *harebitas estimatur.* 1)
relicta, ab herede praeflenda. In hoc idem iuris est quod in legatis. *suxte eam quantum statim*
qua est mortis tempore.

E X D O M I N I fluit actio realis **REI VINDICATIO** 9) nec non **Actio P U B L -** 2)
C I A N A, 10) **PAVILIANA** 11) **E T R E S C I S S O R I A**. **H E -** 3)
HE illo, quo defunctus heredem

6) L. 36. t. 2 ff. quand. dies leg. 7) L. 2. t. 21. Inst. d. ademt. 8) L. 2. t. 22. di debuit, aut in fure
Inst. d. L. falc. L. 35. t. 2. ff. ad L. falc. 9) L. 6. t. 1. ff. d. reivind. 10) L. defuncti impensum est.
6. t. 2. ff. d. publ. 11) L. 42. t. 8. ff. quae in fraud.

4) Imputato heredi in
quartam omni eo quod Ju-
re hereditario Rabet.

quandam continuationem iurium a patre ad filium. In iactis est actus, quo rei hereditatem esse hereditatem esse quae de latam suscipere velle ventro sive ergo declarant. Hereditas est pars ipsius possessionis vel partem, ubi voluntas hereditatis iuris pendi vestigia et pro herede destinatum est. Realem, ubi voluntas suscipiendo hereditatem facit declaratur. vid. ff. 9. 8. Iuris a datus annus liberacionis cuius usus hereditas adita. Et transmittitur nisi iuris a datus annus liberacionis cuius usus residuum heredi relinquetur. Heres juste impeditus hereditatem ante mortem non adierit, tamen non heredi eius perditur.

stitutionem ius a decantibus redditum.

HEREDITAS 1) est successio in universum ius, quod defunctus habuit. Hereditas omnis est actusque diuiditur in Civilem et Praetoriam seu Bonorum possessionem hereditas de lata respicitur defertur per TESTAMENTUM, ab INTESTATO, ex PACTO, ius dividitur in repudionem acquiritur ADITIONE, quae est declaratio voluntatis, de capienda hereditate delata, vel intra spatium deliberandi, vel cum beneficio inuentarii.

TESTAMENTUM 2) est declaratio voluntatis nostrae futuri heredis designationem continens, est vel principi ^{Jure Rom: in calatis comitiis conditum} publicum ^{oblatum} magistratui

prinatum Nuncupatiuum Scriptum, per eos et liberam conditum. Solemne sc. actu continuo, coram 7. testibus rogatis, accedente eo- rum et testatoris subscriptione et subsignatione, factum.

Minus solenne vel MILITARE 3) RUSTICVM, PARENTVM inter liberos, tempore PESTIS et ad PIAS CAVSAS conditum.

HEREDIS INSTITUTIO est futuri successoris a testatore legitime facta. etia designatione, diuiditur in

1. **DIRECTAM**, quae fit verbis imperatiuis, immediate ad heredem directis, et est vel

INSTITUTIO sc. heredis primi 4)

Necessaria sc. illius, cui ex iuris necessitate hereditas relinquenda, liberorum, parentum, fratrum certo respectu, qui sunt instituendi, vel iuste et legitime exheredandi, 5)

Voluntaria sc. illius, cui ex libera voluntate hereditas relinquitur, haec est vel

Vniformis vel Difformis, prout ratione

personarum, aut omnes soli instituuntur, aut coniunguntur re, verbis, mixtim, aut quidam soli, quidam coniunctim instituuntur.

rerum, aut omnes in certa re et portione, aut quidam in re, quidam in portione instituuntur.

SVESTI-

3) L. 29. t. 2. ff. d. acqu. vel omitt. her. et seqq. 3. 4. 5. 2) L. 2. t. 10. J. d. test. ord. et t. 12. quibus non est permitt. L. 28. t. 1. ff. d. testam. 3) Lib. 2. t. 11. Inst. d. test. mil. L. 29. t. 1. ff. d. test. mil. 4) Lib. 2. t. 14. Inst. d. her. inst. et t. 19. d. her. qual. et diff. L. 29. t. 2. 5. 7. ff. 5) L. 2. t. 13. J. d. Exher. lib.

SUBSTITUTIO 1) est heredis vltioris in locum defientis, institutio
VULGARIS, sit ab omni testatore, omnibus heredibus, in casum no-
luntatis et impotentiae.

PUPILLARIS sit a patre, liberis impuberibus, in sua potestate consti-
tutis, si intra imberbatem moriantur.

QUASI PUPILLARIS sit a parentibus, liberis, si in statu intestabili
moriantur.

MILITARIS sit a milite in omnem euentum.

II. OBLIQVAM, quae fit per intermedianam personam, et vocatur
FIDEICOMMISSVM 2) est vltima voluntas, qua verbis obliquis alicui tota
hereditas vel eius pars ab herede praestanda relinquitur.
diuiditur in Expressum et Tacitum, utrumque tribuit heredi ius
deducendi **TREBELLIANICAM** seu quartam partem.

Heredis institutioni accedere solet

CONDITIO 3) quae est, possibilis, potestatiua, casualis, mixta.

DIES qui est certus vel incertus, an vel quando.

DEMONSTRATIO, quae est descriptio, necessaria, superuacua.

CAUSA sc. impulsiva, quae est vel vera vel falsa, quae non nocet.

MODVS sc. causa finalis est vel possibilis vel impossibilis,

tollitur Testamentum, quando est ~~videlicet~~ 3) et ~~et~~ 4) ~~in die~~
ab initio nullum, propter inhabilitatem testatoris, i.e.

propter neglegtam formam { internam, pariter quam ex exceptione nullitatu
externam, in. 4) et 5) 2) 7) 8)

ex postfacto inualidum sit 4)

si rumpitur agnatione posthumus { veri, qui mortuo patre nati sunt, quasi, qui viv
mutatione voluntatis

si irritum fit testatoris capit is deminutione,

si deslituitur herede,

si rescinditur querela inofficiose testamenti.

C

AB

1) Lib. 2. tit. 15. Inst. d. vulg. et tit. 16. d. pupill. subst. et Lib. 28 tit. 6. ff. d.
vulg. et pup. subst. 2) Lib. 2. t. 23. J. de fideicom. her. cum tit. 24. f. seqq.
et Lib. 36. tit. 1. ff. ad SCtum Trebell. cum seqq. 3) L. 28. t. 7. ff. d. Cond.
Inst. 4) Lib. 2. t. 17. et 18. Inst. et L. 28. tit. 3. et 4. ff. cum tit. 2. L. 5. ff. d.
inoff. testam.

AB INTESTATO 1) defertur hereditas a lege, deficiente testamento,
in hac succedunt

DESCENDENTES, et quidem primus gradus in *capita*, remotores in *flirper*.
ASCENDENTES, pater et mater in *capita*, remotores iuxta *lineas*.

~~Collaterales naturales et legitimi facti s. legitimati~~ COLLATERALES, vbi non locum habet ius representationis, et
~~ab subsequenti matrimonio su-~~ vnilaterales consanguinei et veterini sunt uno gradu remo-
~~tores bilateralibus i. germanis.~~

~~Legitimi facti s. legitimati CONIVGES, soli totam capiunt hereditatem, cum reliquis concurren-
tibus, certam partem acquirunt iure romano in casu inopiae, iur. fax.
Sive successori, infra con- - Maritus hereditatem mobiliarem. Vxor portionem statutariam.~~

COLLEGIA. FISCVS.

~~Collaterales facti s. hom. In Saxonia hoc loco notanda est successio in
cum sunt aliij facti ming HEERGEWET T'AM, quae complectitur res expeditorias f. supelle-
plex non succedunt, tlein ad instruendum militem quae requiritur.~~

~~tanguan, utrunc, vel haec datur agnatis descendentibus, ascendentibus, collateralibus.
ad optati plene, item GERADAM, quae est vniuersitas certarum rerum mobilium muliebri
arrogati, durante agna- vissi ornataque seruentium~~

~~sitionis, agnatis tanguan haec defertur cognatis descendentibus, ascendentibus, colla-
tionali, sive agnati tanguan- teribus foeminitini sexus.~~

~~qui neorum fratrum ex parte usurpant. EX PACTO defertur hereditas in pacientem.
Paclia successoria sunt Conuentiones de futura hereditate.~~

ineunetur vel

de hereditate pacientium, e. g. pactum Confraternitatis, Ganerbi-
natus, pacta Coniugum, quo etiam pertinet unio prolium.
de hereditate tertii, certi vel incerti.

BONORVM POSSESSIO 2) est Ius retinendi et persequendi patrimonii,
quod cuiusque cum moritur fuit. Diuiditur in
Decretalem

Edictalem { extraordinariam
ordinariam

ex testamento { secundum.
contra tabulas.

ab intestato, ex Edicto vnde liberi, vnde legitimi, vnde
cognati, vnde vir et vxor.

Ex Hereditate fluit ACTIO realis HEREDITATIS PETITIO 3)
quae est { ciuilis et praetoria.
directa et fideicomissoria.

1) L. 3. tit. 1. Inst. d. hered. quae ab intest. cum seqq. 2) L. 3. t. 10. Inst. d.
Bon. poss. et L. 37. tit. 1. ff. de Bon. poss. cum seqq. tit. et L. 38. tot. 3) L. 5.
tit. 3. ff. d. her. petit. cum seqq. tit. 4. 5. 6.

SER.

SERVITVS est Ius in re aliena alteri constitutum, vi cuius dominus aliquid in suo pati vel non facere tenetur.

diuiditur in PERSONALEM, 1) ex qua vtilitas obuenit *soli personae* sine respectu ad certum praedium.

VSVSFRVCTVS est ius alienis rebus vtendi fruendi, s. percipiendi omnes fructus ex ipsis, salua rerum substantia,
est vel verus vel quasi vfuscusfructus.

VSVS est ius alienis rebus vtendi, pro sua et familiae necessitate.

HABITATIO est ius alienas aedes inhabitandi et commodum **ex iis** trahendi.

REALM 2) ex qua vtilitas obuenit *ipse praedio* principaliter, et secundario personae. et est

RUSTICA ab vsu, qui se exerit intuitu pecoris alendi, agrorum colendorum, fructuum colligendorum, ita dicta. vt Iter, Via, Actus, Aquaeductus, Pecoris ad aquam appulitus, Ius pacendi.

URBANA, ab vsu, qui se exerit in mercatura, habitatione et communitate, ita dicta. e. g. Oneris ferendi, Tigni immittendi, Stilicidi, Fluminis, Luminum, Prospectus, Cloacae etc.

CONSTITUTIVR seruitus vel

a lege, qualis est vfuscusfructus patri et marito concessus.

a iudice e. g. ratione vfuscusfructus in iudicio diuisorio.

a domino voluntate tacita
expressa per actum inter viuos.
per actum ultimae voluntatis.

amittitur seruitus **PERSONALIS**. morte, abusu, nonusu, interitu rei totali, consolidatione, existentia diei conditionis, et resoluto iure constituentis, qui reuocabile ius habuit.

REALIS, omnibus praecedentibus modis, excepta morte, nisi tantum extra ordinem ad dies vitae concessa fuerit.

ACTIONES ad materiam seruitutum pertinentes

funt Reales {**CONFESSORIA**} directa vel vtilis.
{**NEGATORIA**}

1) de Seruit. person. vid. L. 2. t. 4. 5. Inst. et L. 7. ff. tot.

2) de Seruit. real. vid. L. 2. t. 3. Inst. et L. 8. ff. tot.

PIGNVS 1) est Ius in re, creditori in securitatem debiti constitutum,
constituitur illud

in LEGE, hinc hypotheca legalis f. tacita oritur,

a { IUDICE, qui vel de noto constituit vel datam confirmat.

{ DOMINO } testamento

conuentione { in omnibus aut certis bonis,

hinc hypotheca generalis et specialis.

Iure Saxonico Electorali, vt Hypotheca effectum fortatur, requiritur, vt
sit Expressa, Specialis, Iudicialis.

SOLVITVR Ius pignoris, Solutione debiti principalis, Interitu rei totali,
Tempore, Remissione tacita vel expressa, Distractione pigno-
ris legitime et solemniter facta.

EX HYPOTHECA fluit Actio realis

HYPOTHECARIA, SERVIANA et QVASI SERVIANA.
POSSESSIO 2) est Detentio rei. dividitur in

Nudam { quae est detentio rei { absque { intentione sibi habendi et
Non nudam { cum { suo nomine.
propriam, rerum corporalium, impropriam, incorporalium.

bonae fidei vel maleae fidei.

Ciuilem, quae est detentio solo animo. Naturalem solo Corpore.

Ciuilem intentione dominii, Naturalem intentione alius Iuris in re.

acquiritur Possessio APPREHENSIONE, quae fit
in corporalibus, actu corporali, et quidem

in singularibus, per dationem de manu in manum,

in unitiis ut aedibus, per inductionem et ingressum,

in incorporalibus, vsu iuris et patientia, in Negatiuis contradic-
tione

inquietatur per Turbationem,

amittitur, quotiesquis definit animo sibi habendi rem detinere.

Circa POSSESSIONEM obueniunt Actiones quae dicuntur

INTERDICTA 3) retinendae { vti possidetis. vtrubi.
acquirendae { possessionis { quor. bon. quod legat.
recuperandae { de vi et vi armata.

1) L. 20. t. 1. ff. d. pign. et hypoth. cum seqq. 2 3 4-5. 6. 2) L. 41. tit. 2. ff. d.
acqu vel amitt. poss. 3) Lib. 4. tit. 15. Inst. d. Interd. et Lib. 43. ff. tot.

IVS ad REM est, quod mihi personam contrahentem aut delinquentem ad aliquid dandum vel faciendum deuinctam reddit et producit actiones personales.

factum obligatorium ex quo obligatio 1) prouenit est vel
licitum, quatenus promissionem vel conventionem inuoltuit, vel
illicitum, quod delictum vocatur.

POLLICITATIO 2) est spontanea solius offerentis ecclesiae vel
reipublicae facta promissio, s. promissio unilateralis sine acceptatione.

CONVENTIO 3) est duorum plurium in idem placitum consensus.

diuidi potest in

Expressam, Tacitam, Realem, Personalem,

Obligatoriam, Liberatoriam,

Nudam, quales erant iure romano, pacta speciali legi non conformata, sed hodie omnia pacta valent, nisi speciali legi pro inualidis declarata sint.

Non nudam, vt Contractus, Pacta illis adiecta, et Pacta legitima, quale erat donatio, et constitutum.

Conuentio valida requirit personas contrahentes habiles, respuitque omnia quae consensum excludunt, hinc ob aetatem, dolum, metum, aliasque causas datur RESTITUTIO IN INTEGRVM, 4) et ob laesionem ultra dimidiatum rescinditur.

Res in conventionem deducta pro qualitate negotii, cum omni causa, accessionibus, fructibus, ob moram etiam cum usuris praestanda est.

In damno resarciendo spectandum est, virum *dolo*, culpa an casu fortuito datum sit, nec non, utrum concurrat culpa lata, leuis, an leuissima.

C 3 CON-

1) Lib. 3. tit. 14. Inst. d. Obl. et L. 44. tit. 7. ff. d. Obl. et aet. 2) Lib. 50. tit. 12. ff. d. pollicit. 3) Lib. 2. tit. 14. ff. d. pact. 4) Lib. 4. ff. tot.

CONTRACTVS 1) est Conuentio, quae causam praecedentein et formam specificam sui natura civiliter obligantem habet, et actionem nominatam producit.

diuiduntur contraclus in

VEROS qui expresso vtriusque, **QVASI CONTRACTVS**, qui vnius expresso et alterius praesumto constant consensu.

hi in Nominatos et Innominatos

NOMINATVS, qui certum nonen habet certamque et nominatam producit actionem. hi sunt vel

REALES 2) qui ultra consensum ad substantiam requirunt rei traditionem.

MVTVM 3) est C.R. quo res nostra fungibilis ita alicui datur, ut accipientis fiat, et eadem reddatur in genere, eadem bonitate. **Ergo**

vel gratuitum vel foenoratum. **regulare**. vel. **Irregularis**.

hoc loco notandum SCtum Macedonianum, ratione filii familias. producit Conditionem certi ex mutuo.

COMMODATVM 4) est C.R. quo certus et gratitius rei usus alicui conceditur ita, ut finis eo res restituatur in specie. differt a

Precario et producit actionem Commodati **directam** et **contrariam**.

DEPOSITVM 5) est C.R. quo res alicui gratis custodienda traditur, ut ea restituatur in specie.

Est vel simplex vel miserabile.

vel depositum in specie vel sequestrum.

producit actionem Depositii **directam** et **contrariam**

PIGNVS 6) est C.R. quo res Creditori in securitatem debiti traditur, ut soluto debito restituatur in specie.

Huic accedit interdum pactum antichreticum et legis commissoriae. producit actionem Pignoratitiam **directam** et **contrariam**

VERBALES, 7) qui ad sui substantiam requirunt verborum elocutionem.

STIPVLATIO est C.V. quo quis ad stipulatoris interrogationem aliquid dare aut facere velle promittit.

producit actionem ex Stipulatu.

LITTERALES, qui ad sui substantiam praecise scripturam requirunt.

CHIROGRAPHVM 8) est C.L. quo quis spe futurae numerationis, fatetur se certam pecuniae sumnam accepisse et eam se restituturum promittit. *

producit Conditionem certi ex Litteris.

hoc loco notanda Exceptio non numeratae pecuniae.

C O N S

1) Lib. 2. t. 14. ff. d. paet. 2) L. 3. t. 15. J. quib. mod. re. 3) L. 12. t. 1. ff. d. reb. cred. 4) L. 13. t. 6. ff. d. Commod. 5) L. 16. t. 3. ff. depol. 6) L. 13. t. 7. ff. d. pign. aet. 7) L. 3. t. 16. 17. 18. 19. 20. J. et L. 45. t. 1. et 2. ff. d. Verb. Obl. 8) L. 3. t. 22. J. d. Litter. Obl. et L. 12. t. 1. ff. de reb. cred.

CONSENSVALESI) qui solo perficiuntur consensu,

EMTIO VENDITIO 2) est C. C. de re pro certo prelio tradenda.

Est vel per auersionem vel ad quantitatem facta.

Est vel perfecta vel imperfecta, intuitu poenitentiae vel periculi.

Accedit interdum pactum protimiseos, retroueditionis, addictionis
in diem et legis conquiforiae.

producit Actionem Emti et Venditi.

LOCATIO CONDVCTIO 3) est C. C. de re vsu vel opera pro certa
mercede praeflenda.

Est vel rerum vel operarum vel operis.

producit actionem Locati et Conducti.

EMPHYTEVSI 4) est C. C. de re immobilis dominio vtili transfe-
rendo, sub lege mellorationis, et canonis annui in recognitio-
nem dominii directi solvendi.

est vel ecclesiastica vel secularis,

producit actionem Emphyteuticariam utrinque directam.

SOCIETAS 5) est C. C. de re vel opera in commune lucrum conferenda.

Est vel sortis vel interusurii

vel omnium bonorum vel generalis vel particularis.

producit actionem pro socio utrinque directam.

MANDATIVM 6) est C. C. quo aliqui negotium gratis *F*expediendum
committimus.

differt a consilio et commendatione.

producit actionem Mandati directam et contrariam

FIDEIVSSI 7) est C. C. quo quis alterius obligationem in fidem
suam recipit, altero quoque obligato manente.

Est vel indemnitas vel succedanea,

hoc loco notanda

Exceptio Excusonis, Divisionis, Cedendarum Actionum et SCtum
Velleianum

assumit actionem ex stipulatu, vel hodie condicione ex moribus.

INNOMINATVS 8) est, qui non speciale nomen habet, nec nominatam
producit actionem, causam tamen praecedentem et actionem
generalem *praescriptis verbis* habet, est vel

REGULARIS, 9) qui plane nullum nomen, sed eius loco tantum articulum habet.

Falias sit locatio Conducere

DO

1) L. 3. t. 23. I. 2) L. 3. t. 24. I. L. 18. t. 1. ff. cum tit. seqq. et L. 19. t. 1. ff.

3) L. 3. t. 15. I. L. 19. t. 2. ff. 4) L. 3. t. 25. §. 3. I. et L. 6. t. 3. ff. 5) L. 3.

t. 26. I. et L. 17. t. 2. ff. 6) L. 3. t. 17. I. et L. 17. t. 1. ff. 7) L. 3. t. 21. I. et

L. 46. t. 1. ff. 8) Lib. 19. t. 3. ff. 9) L. 19. t. 6. ff.

DO VT DES. DO VT FACIAS.
FACIO VT FACIAS. FACIO VT DES.
exempla vide §. 1. et 2. Inst. d. loc.

IRREGULARIS

AESTIMATORIVS,³⁾ quo res certo pretio aestimata ita datur, vt accipiens vel aestimationem soluat, vel rem incorruptam restituat.

PERMUTATIO,⁴⁾ quo certa species pro alia datur.
CAMBIVM, quo datur alicui pecunia, vt pro ea alia detur, intercedente mercede.

QUASI CONTRACTVS,⁵⁾ qui vnius expresso et alterius praesumto constant consenfu.

NEGOTIORVM GESTIO,⁶⁾ qua quis alterius absentis, ignorantis, negotia sine mandato gerenda suscipit.

producit actionem Negotiorum gestorum, directam et contrariam.
TVTELAE ADMINISTRATIO, qua tutor obligatur, adres pupilli fideliter administrandas et rationes reddendas.

RERVM COMMUNIO,⁷⁾ qua in communione rerum singularium existentes sibi inuicem citra conuentiōnem obligantur, ad res dividendas, commoda communicanda, et damina refacienda.

producit actionem Communi diuidendo.

HEREDITATIS COMMUNIO,⁸⁾ qua coheredes sibi inuicem citra conuentiōnem initiam obligantur, ad divisionem hereditatis.

producit actionem Familiae erciscande

HEREDITATIS ADITIO, qua heres adeundo hereditatem obligatur legatariis etc. ad soluenda legata.

hinc fluit actio ex testamento.

RECEPTIO IN NAVEM⁹⁾ CAVONAM vel STABVLUM, qua exercitor naviis etc. citra conuentiōnem expressam obligatur ad res receptas falsas restituendas.

INDEBITI SOLVTO,¹⁰⁾ qua indebitum ex errore facti solutum accipiens, ad eius restitutionem obligatur.

et producit Conditionem indebiti.

PATIO OB CAVSAM,¹¹⁾ qua is, qui ob causam futuram aliquid accepit, causa non sequente, obligatur ad eius restitutionem.

producit Conditionem causa data non sequita.

DELL.

3) L. 19. t. 4. ff. d. aestim. a&c. 4) L. 19. t. 5. ff. d. rer. perm. 5) L. 3. t. 18. I.

6) L. 3. t. 5. ff. d. neg. gest. 7) L. 10. t. 2. ff. fam. ercisc. 8) L. 10. t. 3. ff.

9) L. 4. t. 9. ff. 10) L. 12. t. 6. ff. 11) L. 12. t. 4. ff. cum tit. seqq. 5. et 7.

DELICTVM 1) est factum contra legum prohibitionem sponte commisum, quo quis ad restitutionem damni, si fieri possit, et ad poenam obligatur.

diuiditur in

VERA, quae committuntur dolo seu cum intentione nocendi,
QUASI delicta, quae culpa committuntur.

ORDINARIA, quorum poena lege determinata est,

EXTRAORDINARIA, quorum poena arbitrio iudicis commissa est.

Poena est facti illiciti coercitio, diuiditur in

ciuilem et criminalem,
capitalem et non capitalem,
corporis afflictuam et non afflictuam.

PRIVATA QVAE PRINCIPALITER PRIVATOS, LAEVUNT

QVOAD BONA

FVRTVM 2) est delictum, quo res aliena mobilis inuitio domino lucrificandi ergo dolose contrectatur.

diuiditur in

magnum et paruum. diurnum nocturnum.
domesticum et extraneum. manifestum non manifestum.

singulares furti species sunt

Crimen Directariatus, Sacculariorum, Abigeatus,
Caesio arborum furtua, Expilatio Crimen peculatorum

RAPINA 3) est delictum, quo res aliena mobilis dolo malo palam lucrificandi ergo rapitur.

diuiditur in Robbariam et Latrocinium.

DAMNVUM 4) est delictum, quo per rei corruptionem dolo vel culpa patrimonium alterius diminuitur.

dispescitur in damnum ab homine libero, ab animali, a seruo, datum.

INCENDIVM est delictum, quo dolo vel culpa incendium fit.

QVOAD FAMAM

CALVMNIA est delictum, quo alicui falsum crimen dolose obiicitur.

INIVRIA 5) est delictum, quo dolose alterius violatur exsiliatio.

diuiditur in

realem et verbalem. scriptam et dictam.
leuem et atrocem. mediatam et immediatam.

LIBELLVS FAMOSVS est delictum, quo alicui in scriptis certum famosumque crimen occultato auctoris nomine obiicitur et in publicum spargitur.

D

QVOAD

1) Lib. 47. tit. 1. ff. 2) Lib. 4. t. 1. I L. 47. t. 2. ff. 3) L. 4. t. 2. LL. 47. t. 8. ff.

4) L. 4. t. 3. I. et t. 8. et 9. et L. 9. ff. tot. 5) L. 4. t. 4. I. et L. 47. t. 10. ff.

QVOAD CORPVS ET VITAM
HOMICIDIVM 1) est occisio hominis.
 diuiditur in dolosum, culposum, casuale, necessarium.

Singulares homicidii species sunt
PARRICIDIVM est homicidium inter proximos cognatos commissum.
 hoc quoque referri potest Expositio infants et Abactio partus.

VENEFICIVM est homicidium veneno malo commissum.

MALEFICIVM est homicidium incantationibus magicis commissum.

LATROGINVM est homicidium spolii et lucri caula commissum.

ASSASSINIVM est homicidium a conducto commissum.

PVBlica 2) QVAE REM PVBlicAM VEL
 PRINCIPEM PRINCIPALITER LAEDVNT.

PERDVEILLONIS CRIMEN 3) est delictum, quo quis hostili animo
 aduersus rem publicam vel principem quid machinatur.

CRIMEN LAESAE MAIESTATIS, est delictum, quo quis iura prin-
 cipis inuadit, aut quid in eius contumeliam sine hostili animo
 committit.

CRIMEN RESIDVI est delictum, quo pecunia publica ab eo, cuius fidei
 commissa est, retinetur, vel in usum proprium convertitur.

SACRILEGIVM est D. dolosa surreptione rei sacrae ex loco factio com-
 missum, vno requisiito deficiente est furtum.

Huc quoque referri possunt certo respectu Falsum et Diffidatio, Mo-
 tio terminorum, crimen Annonae, Dardanariatus.

SEQVVNTVR DELICTA CARNIS

ADVLTERIVM 5) est Coitus illicitus, quo inter coniuges fides matri-
 monialis laeditur.

est vel simplex vel duplex

STVPRVM est Coitus illicitus cum virgine vel vidua honesta.
 est vel voluntarium vel violentum.

FORNICATIO est Coitus illicitus cum soluta foemina vulgari palam se
 prostituente.

SODIO

1) L. 48. t. 8. ff. ad L. Corn. d. siccari. et tit. 9. ad l. pompeii. d. parricid. 2) L. 4.
 t. 18. I. d. publ. iud. et L. 48. t. 1. ff. d. publ. iud. 3) L. 48. t. 4. ff. ad l. iul.
 mai. 4) L. 48. t. 13. ff. ad l. iul. pecul. et sacril. et d. resid. 5) L. 48. t. 5.
 ff. ad l. iul. d. adult.

*a
Pre
eora
herc
Orch
qui
Ulos
con
Aut
hon
Den
fun
mor

mf an Dio. Colecte.

~~*Autio funeralia est pratoria personalis, bona fidei perpetua, sub iuris
privilegiata, datur illis, qui in alienum funus impensis fecerunt,
etorum heredibus, ad eos, ad quos onus funerandi pertinet, coram
heredes ad summas funerationis recuperandos.~~

~~Oritur ex quasi contractu gestione negotii funebri, et datur illis
qui in alienum funus animo repetendi sumptus fecerunt, ad eos
illos, qui funerare debuerunt, vel ex legi dispositione: ut in genere
contra heredes defuncti.~~

~~Autio funeralia tendit ad restituendos sumptus, sine quibus fung
honeste diui non potest, vel ex lege, vel ex coniunctib.
i.e.~~

~~Deniq; exiguntur ut sumptus sint facti in funus i.e. in corpus de
functi antequam sepulturum fuerint, non itaq; impenso in
morbum ejus ultimum facta hui referenda sunt.~~

Dous Religiosus est in quem hominis mortuorum corpus sepelienti animo ab eo qui ibidem ius sepeliendi habet est translatum. Divisetur in eum qui est Iuris publici, adeo ad rem publicam pertinet et qui est Iuris privati. pertinet quoad religiosum ad privatos, hic dispescitur in sepulcrum familiare, Hereditarium et mixtum. Familiare hereditate = Exequibus. Est quod quis sibi familiæque sua constituit.

Hereditate: Lep. (radone finis) est quod quis sibi hereditibus suis constituit vel (radone tituli acquisitionis) quod Pater familias jure hodierno acquisivit. Ab hoc exceduntur cuginos et cognati heredes haud existentes, non vero liberi cipescimus, fexus aut gradus etiam exahereditati.

Sepultura respectu modi quo perficitur, dividit patet in honestam et in honestam. Honesta est qui solennes ceremonias adhibere licet eis dispescitur in solennem, qua cum ceremoniis solennibus cadaver loco honesto inferatur, et Minus soleron, qua fine ceremoniis solennibus ob paupertatem vel similem causam, cadaver loco honesto interstet. In honesta sepulture est, cui solennes ceremonias adhibere non licet, eis vel in specie talis fine humana. Afinina. Humana sit in coemeterio locum minus honestum, aut ab aliis eamotum, vel in locum extra coemeterium, e.g. in excommunicatis. Afinina fine carna est qua cadaver a sacrificio in locum factum inter cadavera facinorosum aut brutorum terra obratur. Alictia illâ cadaveris humani facta in locum publicum tollit male, extraordinaria poena coegeretur.

Prohibitus mortuum inferre datur vel interdictum de mortuo inferendo, vel illicione in alium locum facta, Actio in factum de mortuo inferendo, qua est per persecutoria, perpetua, et datus illi qui mortuum inferre voluit, adversus inferre prohibentem, ad praecandendum id quod interest.

Prohibitum Cadaveri ratione debiti impositum inutile est, et qui hoc impetravit, punitur 1) actionis amissione 2) restituzione alterius Santi hereditibus defuneti facienda. 3) confiscazione certarum partis bonorum, et infamia, quæ poena in Imp. nostro pro abrogatis non sunt habenda.

Actio funeraria. *

De Servo corruptione agitus vel criminaliter vel civilitate.
Criminaliter ad poenam extraordinariam, illi, qui deliquit
infligendam. Hoc est, facta denunciatione per inquisitionem
procedere libabit, unde inquisito inspectum pugnatorium.
Civilitate actione de Servo corrupto contenditur, qua est
actio prætoria, personalis, poenalis, mixta perpetua non
falsa, et datur dominus, ad verbum, qui servum alienum
dolo malo quoad animum deteriorem reddidit, aut reble
re, quantam in ipso fuit, conatus est, ad duplam ejus quod
actionis interest exigendum.

Actio de Servo corrupto oritur ex delicto, servum dolomato
corrumpto, fave refugiump ipsi præstetur, fave ad illicita
perfidando portando laudando penite Natur est. Directa utilis
Ma datus domino es hereditibus. p. p.
Utilis actionem tribuitur effructuari, Patri ratione liberorum
marito ratione uxoris, domino ratione famulorum conductorum
hominum propiorum ad præstationem ejus quod interest
memoratarum personarum animum non esse corruptum
id est officio iudicis et remandum venit.

Ob Receptionem et occultationem fugitivorum datur actio
ex isto ad multam a solosis receptatoribus et occultatoribus
solvendam.
Qua de servis fugitivo dicuntur, hodie utiliter ad fugitivos
rusticos, proprios homines, milites, civas, famulos, appli-
cari potest, solent.

Famuli ante finitum tempus conductionis a dominis
discidentes ex causa injusta I. Sac: omni jure merce-
demi, etiam præteritam, petendi excedunt. E. A. l. 2. art. 52.
et Enj. Ord. I. d. 1560. et arbitrarie coerceri posunt: Cum
famili discident ex causa justa, dominus integratam futuri
quod temporis mercedem iis solvere tenetur.

False modi renunciatio, a meliore facta, producit actionem
in factum, qua est prætoria, personalis, rei persecutoria, subsi-
staria, et datur laps per falsi modi renunciacionem dolo vel
ata culpa factam ejusq; hereditibus adversus meritorum ad
præstandum id quod interest. Crux ex delicto renunciacionis falso
motu a mensore facta.

~~Actio in factum Utilis datus ratione subjecti, quando aliis quam mensuram
g. architetus Redemptor in modo, vel Tabularius in computatione, estimatur in taxatione secessit. Ratione objecti vero quoties non agrorum,
sed cuiusvis alterius rei mensura falsa renunciata est. ut frumenti, vini, s.s. et lapidis.~~

Aleatores sunt personae lucri causa ludis fortuna et mixtis addicti
Receptatoribus aleatorum ob injuriam vel da innum illatum
fortunae tempore lugus a quoniam factum nulla competit
actio.

Aleatores si ales ludenda causa vim intulerint, vel ab ini-
vel collusores retinendo multa vel graviori poena subjiciantur.

Aleatores conveniri queunt condictione pusu perdit, qui
est actio personalis, et clatur iis, qui ludendo illicite omnes
perdiderunt, eorumque heredibus in subsummam fisco, ad versus
victorem ejusque heredes, ad perditum restitucionem. Hac 50 anni
durat.

Ludus in Generis est actus quo inter duos plures re de victoria au-
tatur, posito plerumque quod vitori cedat primum.

diviso in Gratitium et non Gratitium sine pecuniarum.

a) Virtutis causa. b) et lucri gratia.

Præterea coegeretur vitori per renegacionem actionis, qua petatur
debitum ludendo contractam. I. d. l. t. a. P. R. i. n. g. B. art. 700.

Creditori autem, qui alteri mutuum dedit ut luceret, actio de-
negatur, sine Creditor fit Collepor, sine Tertius.

Sponses ludis Sponsiones sunt conventiones, in quibus de veritate
rei contendentes aliquid ponent vel promittunt, ea lege ut vi-
ctori cedat. Sponsiones sunt Naturæ, Gentium et Civilis negotiis
per se licitis agenseruntur.

Sponsiones producunt actionem vel ex stipulatione descendente,
s. feliciter cum stipulatio intercessit, vel prescriptis versi-
si quid datum, ut vincenti detur aut restituatur, vel ex part
nudo stuentem habere, nempe conditionem ex moribas.

SODOMIA est Coitus illicitus contra naturam ab homine cum homine,
eiusdem vel diversi sexus, aut cum bruto commissus.

Huc refer Masturbationem et Concubitum cum mortua.

BIGAMIA est delictum, quo maritus vel vxor coniuge adhuc superflite,
dolo malo alium maritum vel vxorem superinducit, matrimo-
nium cum eo vel ea consummando.

INGESTVS est Coitus illicitus, inter consanguineos vel affines matri-
monium contrahere prohibitos,
est vel iuris diuini vel humani.

LENOCINIVM est delictum, quaestus gratia foeminas prostituendo
commissum.

RAPTVS FOEMINAE est violenta abductio foeminae ad locum alienum
libidinis gratia commissa.

Vlterius in digestis sequentur delicta
extraordinaria.

Falsum, Dissidatio, Scopelisimus, Sepulchri violatio, Concusso, Praeuari-
catio, Vtuaria prauitas, Motio terminorum, Crimen reperun-
darum, Ambitus, Stellionatus, Corruptio serui, Receptio fugi-
tiui, Dolosa mensuratio, Alea, Receptio facinorosorum.
Damnum in naui, caupona, stabulo, datum.

Positio et Suspenso rei super locum, in quo vulgo iter fit.
Deiecio vel Effusio in locum, in quo vulgo iter fit, cum danno
praetereuntium facta.

Factum iudicis per imperitiam male iudicantis.

OBLIGATIONES DISSOLVUNTUR.

Nonatione, 3) Delegatione, Solutione, Datione in solutum,
Acceptilatione, Compensatione, 4) Praescriptione, Morte,
Confusione, Interitu rei totali, Oblatione, Depositione, Dissensu.

D 2

Sequi-

1) L. 47. t. II. 12. 13. ff. et L. 48. t. 10. II. 12. 13. 14. 2) L. 4. t. 1. Inst.
3) L. 3. t. 30. Inst. quib. mod. obl. solu. et L. 46. t. 2. ff. d. Nou. et t. 3. d. solut.
cum tit. 4. d. acceptil. 4) L. 16. t. 2. ff. d. compens.

Sequitur IUS ACTIONVM.
IVDICIVM 1) est legitima tractatio causae controversiae coram iudice, vt eius sententia lis finiatur.

confat, Perfonis, Causis, Modo procedendi.

I. PERSONAE SVNT VEL PRINCIPALES

1) ACTOR, in criminalibus Accusator dicitur, iniuitus ad agendum non cogitur, et forum rei sequitur.

2) REVS, in criminalibus dicitur Accusatus, pariter ac actor personam standi in iudicio habere debet.

3) IVDEX est persona publica auctoritate constituta, ad cognoscendas et definiendas causas controversias.

fit habilis, vt non arceatur *natura*, vt furdus, furiosus, *lege*, vt senatu motus, infamis.

fit competens ratione FORI, quod est locus iurisdictionis, vbi causae controversiae tractantur. est vel

generale, domitillii, originis,
commune speciale, contractus, rei sitae, connexitatis causae.

singulare, studiosorum, militum, inferabilium personarum.

habeat IURISDICTIONEM 2) quea consistit in Causae cognitione,
Iurisdictione, Executione.

dividitur in

altam et bassam, ciuilem et criminalem, secularem et ecclesiasticam.

propriam et mandatam, voluntariam et contentiosam.

II. VEL MINVS PRINCIPALES

1) Actarius, qui curam actorum sustinet, et quea in iudicio peraguntur, fideliter notat.

ad registraturam rite factam requiritur, vt confecta sit ab actuario iurato, et in causa criminali notario publico, cum annotatione temporis et loci, nihil in essentialibus radatur vel deleatur, ea, quea post praelectionem partes adhuc monent, non ad marginem, sed preparata registratura addantur, ab actuario, et pro qualitate negotiis, a partibus aut assessoribus subseribatur.

2) Nuntius debet esse iuratus, tunc eius relationibus fides habetur.

3) Adiocatus, Procurator, Actor, Defensor intuitu partium adhibetur.

CAVSAE quea in iudicio tractantur, sunt Actiones
Criminales, Possessoriae, Petitoriae, Rei persecutoriae, Poenales,
Ciuiiles, Reales Personales, Transitoriae in heredes et non
Perpetuae, Temporales, Transitoriae.
eodem modo iudicium ipsum ab obiecto distinguitur.

MO-

1) L.5.t.1. ff. 2) L.2.t.1.2.3. ff. L.4.t.17. IL.50.t.13. ff. O.P.S.R.t.1. et L.4.t.8. ff.

In libello arbitrio auctoris est atrum libellum in scriptis iudiciorum
affere an vero illum octenus proponere malit. jungs. C.
P. I. R. Tafat. d. t.

Ford: est: in quo omnis solennitates, ratione Proeipus vel a
lege prescripta, vel usi fori in fructuosa ad unguem auctorat
errantur.

1. lib. de hoc tractat Tit. de Edendo, ubi dixi idem est ad demonst-
rare, et designare genus futurae litis, ut reus suum deli-
berare posset utrum cedere, ac contendere velit. Lib. C.

§. 7. et C. de Edendo Lib. C.

libelli. Ante elaborationem libelli, causarum patronus probare di-
spiciat, num 1.) sufficienter in facto informatus sit, et facti
cum circumstantiis adductis probare posset. 2.) quamam
actione profectim in concursa plenum sit experientia
ut quo genere processus res optima tractanda est. 3.) quo
in foro actio instituenda sit.

Narr. facti debet opere brevis et perspicua, ut iudex intentionem
actoris accurate cognoscere possit.

sit brevis, remotis omnibus superflicis maxime illis articulis
qui ad exceptiones rei pertinent, nisi haec in continenti ligatur
debet, quo in causa consultum est, ut replica statim
libello interatur, alias ponuntur, sicut: nos. n. r. play
immixtum, sic oritur et vnuigat iste forte factus.

fit perspicuum, ut idem libellus ob generalitatem vel ob
securitatem necessarius. Hinc 1) circumstantiae facti
ut Tempus, Locus, subjectum objectum, & prout ille
definienda. 2. lib. de Rei vnde: 2) narratio requisitis clista
actionis attenuanda, nec non forma negotiorum in lege
prescripta.

Mediana causa: est connexio iuris cum facto, pro causa patenti
et dividitur in proximum, in quo causa proxima, v.g. Dominium
servitus, et remotum, in quo causa remota proxima, v.g. I. pro
titulus, v.e. mutuum, omnes p. non nuda obligatio exprimitur.
Prlaus in actionibus realibus, posterus in personalibus attenditur.

MODVS PROCEDENDI dicitur

PROCESSVS, qui est Ordo legitimus causas in iudicio proponendi,
ventilandi ac dijudicandi, et est vel
petitorius, possessarius.

civilis *ordinarius, summarius.*

criminalis, Accusatorius et Inquisitorius.

Processus ordinarii partes sunt: **LIBELLVS, LITIS CONTESTATIO, PROBATIO, REPROBATIO, SENTENTIA.**

LIBELLVS 1) est declaratio intentionis actoris, futurae litis speciem
et causam exhibens, cur actionem contra reum instituit.

constat { essentialibus. **Narratione facti, Medio concludendi, Perito.**

{ accidentalibus. Nomine iudicis, actoris, rei, clausula, qua exigitur
a reo L.C. vel recognitio documenti, et de restituenda
re cum fructibus et expensis.

diuiditur in articulatum, et simplicem & continua oratione factum.
de oblatione libelli conficitur registratura s. praesentatio.

Supplicatio pro impetrando termino interdum libello iungitur, interdum
separatim conficitur.

Plures, qui consortes non sunt, nequeunt uno libello aduersus eundem,
nec unus contra plures experiri, plures vero quam tres actiones
in uno libello cunctari possunt, sicut e diversis causis
fluant.

Mutatio libelli ratione obiecti vel cause petendi, omni tempore litis per-
mittitur, in modo agendi vel probandi vero, donec super L.C.
pronunciatum, aut sententia probationem et iuramenti praef-
stationem iniungens, in rem iudicataem transit.

CITATIO 2) est legitima partium ad iudicem vocatio.

realis fit cum apprehensione personae in cambiis, criminibus.

verbalis apparitoris voce.

publica per vocem praeonitis vel per edictum.

privata est vel nuncupativa vel scripta,

vtraque vel mediata vel immediata.

Citatio per scripturam facta continere debet, nomen indicis, actoris,
rei, locum, terminum certum, legitimum, actus in termino
expedientos.

D 3

partes

1) L 2. t. 13. ff. d. Edendo O. P. S. R. tit. 5. von der Klage. 2) Lib. 2. t. 4. ff.
d. in ius vocando O. P. S. R. tit. 4. von der Citation.

*Quicquid post tristis
en Subsistitum purgari in se datur
sunt in omnibus iis quibus iudicia ob-
servantur, non sunt in aliis
Constitutum in aliis
sunt in aliis, non sunt in aliis
nisi in aliis.*

conf. C. P. A. t. T. non illiusq[ue] dicitur partes semper sub praeiudicio, et ad amicabilem compositionem in primo termino sub poena 5. thl. nec non reus ad L. C. citantur.

de insinuacione citationis, quae per nuntium iuratum fit, perficitur registratura, quis, cui, vbi, quando, insinuavit, et quomodo. *Dicit ad m*

Si plures, etiam heredes vocandi sunt, singulis citatio insinuanda est, si vero in communione adhuc existant coheredes, citatio ex coheredibus possessori praedii, quod in territorio saxonico defunctus reliquit, insinuatur,

prorogatur interdum terminus vel ex officio, vel ad instantiam partis, cum demonstratione legitimi impedimenti.

Nominatio autoris quoque fieri debet ante primum terminum, quae est actus, quo reus actione reali contentus, ob rem alieno nomine possessam, ex lite se dimitti, et alterum cuius nomine rem tenet, citari petit.

Litis Denunciatio fieri debet ad minimum 8. diebus ante primum terminum, haec est actus, quo is, cui euictio metuenda est, autori suo proximo id indicat, ut sibi assit, ac re euicta euictionem praefest.

in termino, VTRAQUE PARTE EMANTE, 3) incidit quaeque poenam 5. thl. et terminus habetur pro circumducto.

ACTORE NON COMPARENTE, reus eius accusat contumaciam, petit ei prosecutionem actionis sub poena praeculsi et spatio saxonico cum refusione expensarum iniungi.

REO NON COMPARENTE, actor eius accusat contumaciam, et eum pro confesso et coniuncto refusis expensis declarari petit.

VTRAQUE PARTE COMPARENTE, primo quaeque se citationi modum gesisse ad acta referri curat, dein tentatur amicabilis compositio, actor prouocat, cauet 4) pro expensis, pignoribus, fideiussoribus, iuramento,

reus exceptions 5) opponit, dilatorias, declinatorias et litis ingressum impendentes, sive peremptoria.

actor replicat, reus duplicat, et litem contestatur, actor triplicat, reus quadruplicat.

LITIS CONTESTATIO 6) est solennis responsio ad actoris libellum, est vel generalis, specialis, pura, euentualis, affirmativa, negativa, simplex, qualificata, proponenda est tempestiu[m], annexandae sunt exceptions peremptoriae, et caendum a L. C. negativa, tunc sequitur praecedente sententia, probatio. PARTES

3) O.P.S.R.t.10. 4) L.2.t.8 ff. 5) L.44 t.1.2.3 ff. O.P.S.R.t.11. 6) O.P.S.R.t.16.

3 Mar

⁴⁰robis triplici fit modo 1. per tres 2. per documenta 3. per Juramentum.

Cordu cognoscit.

in tribus modis.

PARTES COMPARENT I)

P E R S E sine, vel cum aducato, cuius facta pars ratihabere debet.

P E R P R O C V R A T O R E M, mandato extenso instructum, cuius requisita sunt: Nomen iudicis, Actoris, et Rei, Causa, Actus, praecipue mandatum speciale requirentes, annus, dies, subscriptio, quae non debet fieri mit geführter Hand.

Clausula herendum, rati, grati, subsignatio, omissa, non reddit mandatum nullum.

Si mandatum vitio laborat, CAVTIO RATI admittitur, cum qua etiam personae coniunctae, in linea recta omnes, in collaterali, usque ad tertium gradum inclusive, nec non vir pro vxore, ficer et gener pro se inuicem durante vinculo affinitatis, admittuntur.

Si plures sunt mandatarii constituti, possunt vel omnes simul, vel vnum tantum comparere, siue constituti sint coniunctim aut separatim.

P U P I L L I E M I N O R E S comparent per tutores, cum tutoribus, per actorem a tute re constitutum.

V N I V E R S I T A S per syndicum, ad cuius constitutionem in primo statim termino citatur, is constituitur per maiora vota, conuocatis omnibus, et praesentibus ad minimum duabus ex tribus partibus.

M U L I E R E S se slistunt vel cum curatore indiciali, maritali, vel per curatorem, qui omnes actus, exceptis mandatum speciale requirentibus, peragunt actoremque constituant.

Pro LIBERIS patervi patriae potestatis comparet, omnes actus expedit, nisi curatorem specialem iam habeant.

P R O B A T I O 2) est actus, quo litigantes iudici, de facto controverso et ab altero negato, fidem faciunt. est vel

Probatio vel Reprobatio
vtraque

Artificialis vel Inartificialis, Plena vel Semiplena } maior.
} minor.

Solennis et minus solennis, illa requirit ratione formae, articulos i. e. breues propositiones, quibus fundamentum probandum particulariter continetur, dividuntur in probatoriales, elisiuos, affirmatiuos, negatiuos, iuris et illatiuos.

Fatale probationis est terminus saxonicus, currens a die rei iudicatae, seq. sententiae. Curritre
quae probationem iniunxit. a momento in momentum.

Fatale reprobationis currit a tempore insinuatorum articulorum probatorialium.

Intra

1) Lib. 4. t. 10. Inst. d. iis per quos agere Lib. 3. tit. 1. 3. 5. ff. O.P.S.R. tit. 7. 8. 9.
2) L. 22. tit. 3. ff. d. prob. cum tit. 4. et 5. seq. O.P.S.R. tit. 20. vsque 28.

Intra hoc fatale pars offert articulos, cum denominatione et directorio testium, copiis documentorum, et iuramento delato, nec noui, si aduersarius aut alius detineat documentum, editione eius postulata, annexo petito, de termino praefigendo, et citando aduersario ad vindendum jurare et produci testes, ad danda interrogatoria, recognitionem documentorum, et responsionem ad articulos sub praetudicio.

Articulos offerre impedito, dilations duas conceduntur, prima, impedimento probato, secunda, cum causae cognitione et praefrito iuramento, pupilli vero et quibus competit restitutio in integrum, tertiam impetrant sub poena amissionis restitutionis in integrum.

Oblatis articulis, incumbit iudici in saxoniam ad minimum intra 3. septimanas terminum legalem praefigere, reumque sub praetudicio, et testes sub poena 5. thl. inuitare, si vero alterius iurisdictioni testes subiecti sint, mediantribus requisitoribus et communicatis articulis, ordinarium judicem requirit, ut testes examinet et attestata ipsorum in rotulum redacta transmittat.

Si quis testes diversis in territoriis habitantes denominat, et praesumti concurrunt malitia, non aliter decernuntur requisitoriales, quam praefrito iuramento malitia.

Testes existimantes, se ad testimonium cogi non posse, non emanere, sed vel in scriptis ante terminum, vel in termino se excusare, et iudicis decisionem expectare debent.

In termino, producens, testes, et documentorum originalia producit, aduersarium ad eorum recognitionem et responsionem ad articulos nec non editionem documentorum sub praetudicio provocat, et quidem, si copia documenti articulis subiecti ad sit, sub poena editi, si non ad sit, sub comminatione, das die Articel, worüber es produci et worden, vor eingeräumt zu halten.

Productus contra testes excipit, vel eos saluis exceptionibus contra eorum personas et dicta admittit, interrogatoria offert, quae sunt vel generalia vel specialia (captiosa et impertinentia ex officio a iudice omituntur,) documenta aut diffitetur aut recognoscit, et ad articulos, in quibus iuramentum delatum est, responder, documenta edenda exhibet, aut iurat, se documentum non habere, neque dolo possidere defuisse, et vbi sit ignorare.

Testes productos index de vitando perjurio monet, et iuramentum praestari iubet, tunc partes discedunt, actuarius examen suscipit, et silencio imposito testes dimittit, eorum vero attestata in rotulum redigit, suo tempore publicandum.

Dissessio

Diffessio perficitur in Saxonia ab ipso principali, vel intuitu totius instrumenti, vel saltem contentorum, posteriori tamen casu cum iuramento, subscriptionem ante extentionem factam esse.

Si is, qui ad diffessionem se obtulit, in termino emanet, aut iurare nequit, documenta pro recognitis habentur, exceptionibus contra documentum competentibus priuatur, et arbitriarie punitur, nisi iuret, se tempore oblationis ad diffessionem, documenta falsa esse, vere existimasse.

Facta recognitione copiae vidimatae apud acta relinqui et originalia partibus restitui debent, nisi iustae ad sint causae, cur apud acta retinentur.

Producente emanente, probatio deserta est.

Testes emanentes ad multam citationi insertam damnati, ad alium terminum sub poena duplicita citantur.

Producto emanente, documenta pro recognitis, ratione iuramenti delati pro confessio et conuictio, documenta edenda pro editis et recognitis, vel articuli per documentum probandi pro affirmatis habentur.

Iuramentum, i) actor super libello aut replica libello inserta, flatum in eo, si replica non inserta, in articulis elisivis desert, Reus super exceptionibus peremptoris, vel in L. C. vel in articulis reprobatorialibus desert, quod iuramentum aduersarius in secunda vel tertia positio ne acceptare, referre aut defensionem conscientiae eligere debet.

Electa a parte praestitio iuramenti, iudex terminum legalem ad iurandum praefigit, in quo deferens ad iurandum de calunnia, delatus ad praestandum iuramentum principale, comparere debet.

Minores in saxoniam completo anno 18. in propria persona iurant, ante hoc tempus vel tutores de credulitate admittuntur, vel iuramenti prae statio suspenditur usque dum minor annum 18. superuixerit. Vniuersitatis iurant per 3. vel 4. personas a deferente denominatas.

In actione cessa iuramentum delatum non cessionarius sed cedens reguliter praestare debet.

Praestatur ius iurandum in iudicio litis pendentis, praecedente iudicis admonitione de vitando periurio, nec non actuarii praelectione iuramenti.

Si de calunnia iuraturus emanet, iuramentum principale pro praestito habetur, si vero principaliter iuraturus non comparet, deseruisse iuramentum censetur.

Relatio est actus, quo is cui iuramentum delatum est, illud ei qui detulit refert, ut ipse iurare teneatur.

locum habet in iuramento delato, non vero in legalibus.

¹⁾ Lib. 12. tit. 2. ff. de Iurejur. et tit. 3. seqq. O. P. S. R. tit. 18. 19. 31. 32. 33.

Is, cui relatum est iuramentum, et de calunnia iurare, et principale praestare tenetur iuramentum, neque relatione aut defensione conscientiae vti, liberum ei est.

Defensio conscientiae, vt alia probatio, intra terminum saxonum perficitur, articulis ad ipsum factum de quo iurandum est, directis, nulla vero reprobatio, nec interrogatoria, nisi generalia admittuntur.

Ei, qui defensionem hanc deseruit, ad iuramentum non datur recursus. Interdum probatio per ocularem inspectionem suscipitur a iudice ex officio aut ad instantiam partis, ad quam pars vtraque, omnesque quorum interest inuitantur.

Actui ipsi interesse debet iudex vel eius delegatus cum actuarij iurato, et causa exigente agrimensoribus adhibentur.

PROBATIONE ET REPROBATIONE PERACTA SEQUITVR
PUBLICATIO ATTESTATORVM, 2) quae sit a iudice implorato aut ex officio, et est actus, quo partibus attestata communicantur.

DISPUTATIO ATTESTATORVM, est actus, quo probations vterius ventilantur, et an plene probatum sit, inquiritur.

absoluuntur 4 positionibus, Saluatione, Exceptione, Replica, Duplica, quibus singulis tres septimanae definitae sunt.

CONCLUSIO, est causae controversiae ad decisionem iudicis submissio. **I**NROTULATIO actorum est actus judicialis, quo acta praesentibus partibus in ordinem collecta, obsignantur.

TRANSMISSIONEM ACTORVM ad Collegium iuridicum, sequitur.

SENTENTIA 3) quae est legitima causae controversiae a iudice facta deciso. est vel

Condemnatoria, Absolutoria, Definitiva, Interlocutoria,
Sententia continet praemissio titulo eius ad cuius implorationem respondeatur 1) actus ad quos pronunciatum, 2) nomina litigantium, annexa mentione procuratorum per quos comparuerunt, et qualitate aint actores, rei, leuterantes, appellantes, 3) nomen iudicis sententionantis et formulam receptam, 4) decisionem causae, 5) conclusio-
nem verbis von Rechtswegen cum subscriptione collegii sententiam ferentis.

Sententia debet esse conformis libello et iuri, certa vel per se vel per relationem ad aliud, insuper iudex damnorum, impensarum, usurarum rationem habere debet.

ad sententiae publicationem citatae partes comparere debent ante horam 12. meridianam, alias publicatur in contumaciam.

Publi-

2) O.P.S.R. tit. 29. 3) Lib. 41, tit. 1, ff. d. re iud. O.P.S.R. tit. 24.

vix. Tit. de re judicata.

Anteil und Leistung im modernen Prozeß der Entwicklung

§

Publicatio fit, dum iudex praesentibus partibus sententiam ob-signatam re-signat, eamque ab actuario iis praelegi et ad acta referri, horamque publicationis notari iubet.

REM IUDICATAM SUSPENDUNT VEL EVERTVNT.

LEVTERATIO 4) est supplicatio, qua sententiae tenore grauatus, rationes grauantes commemorat, ut causa denuo expendatur, et sententia reformetur, annexo petito de constitudo termino prosequutionis.

Fatalia illius sunt 1) interponendae intra decendum, a momento publicationis, 2) prosequendae intuitu formalium et materialium in termino a iudice praefixo.

Iudex si leuterationem reiiciat, rejectio actis inferenda, et leuteranti notificanda est, ut appellare possit, si velit.

Leuterante emanente aut leuterationem legitime non prosequente, leutratio deserta est, leuterato emanente, responsio ei iniungitur sub comminatione, interdum etiam statim fertur sententia confirmatoria, vtrique parte comparente, per mutuas tres positiones iura sua deducunt et sequitur *sententia. 1. reformatio. 2. constim.*

APPELLATIO est supplicatio, qua contra grauamen inferioris iudicis, proxime superioris auxilium imploratur.

Fatalia illius sunt 1) interponenda intra decendum, a momento publicationis, 2) petendi apostolos intra 30. dies, a publicatione computandos, 3) redimenti apostolos in termino a iudice praefixo, 4) iulficandae appellationis, quoad formalia et materialia in termino praefixo.

Adhaesio alterius appellationi fieri potest adhuc in termino nullificationis, si autem renuntiat appellans, adhaesio quoque exspirat.

Si sententia in appellationis instantia fertur confirmatoria, acta remittuntur, sin reformatoria, causa in superiore iudicio peragenda est.

QUERELA NVLLITATIS 5) est ius impugnandi iudicium et sententiam contra praescriptam iuris formam latam.

Interponenda est intra terminum saxonum, et intra alium parem terminum citatio expetenda, vltior eius deductio in termino praefixo facienda est.

Reuisionis et Supplicationis remedium saxones ignorant, neque Reuisionem in integrum tanquam remedium suspensuum admittunt.

4) Lib. 49. ff. tot. O. P. S. R. tit. 35. 5) O. P. S. R. tit. 37. et 38.

INTERDVM IN PROCESSV OCCVRRVNT

INTERVENTIO,⁶⁾ quae est actus, quo tertius circa alienam litem ius et interesse suum allegat, eiusque ratio ut habeatur, petit. est vel principalis, qua quis alterum litigantem repellit, accessoria, qua quis tantum juris sui causa accedit.

potest adhiberi in quacunque parte iudicii, intra terminum saxonum a tempore scientiae computandum, id quod iurato indicandum, et interesse summariter probandum est.

REASSUMTIO LITIS est actus, quo successor vniuersalis et particularis processum continuandum suscipit.

SEQVNTVR IVDICIVM

EXECVTIO 6) quae est actus, quo victus victori ad id, in quod condemnatus est, praefundum adigitur.

ea requirit imploratum partis, et concessionem spatii 14. dierum, perficitur tribus modis, et quidem

si factum aliquod vel praefundum vel omittendum in sententia iniunctum, iudex eius praefundem vel omissionem sub certa poena imponit.

si corpus certum petitum, per rei adjudicatae ablationem.

si ad debiti solutionem factum est, praecedente termino ad constitendum liquidum, per executionem actualem.

EXECVTIO in specie sic dicta est actus, quo bona debitoris creditoris satisfactioni definuntur.

peragitur a iudice uno vel altero scabino et actuario praesente, vel in mobilia, immobilia vel nomina.

IMMISSIO est actus, quo creditori res in quam facta est executio, vtenda traditur. est vel

Vera, quae fit per actum realem, e. g. inductionem,

Ficta, quae pro realiter facta habetur.

SUBHASTATIO est actus, quo bona a magistratu publice, adiecta consignatio pertinentiarum et praefixo termino ad subhastationem, vendenda exponuntur, et plus licitanti adjudicantur.

Executio si in nomina actina peragenda, debitoris debitori solutio interdicitur, et ut iudici executionis soluta, iniungitur.

PROCESSVS CRIMINALIS 7) Inquisitorius frequenter hodie est Accusatorius, nam inquisitione generali in delictum et personam peracta, reus absens litteris arrestatoriis inuestigatur, vel salvo conductu admittitur, praesens incarceratur, responsione ad articulos facta defensio suscipitur, reus grauatus torturae, tandemque confessus et coniunctus premeritae poenae subiicitur.

NEXVS

6) Lib. 42. ff. tot. O. P. S. R. tit. 39. 7) Lib. 47. et 48. ff. tot.

NEXVS
IVRIS FEVDALIS.

ORIGINEM FEVDORVM deducunt alii ex iure gentium, alii a romanis, alii a germanis et longobardis,

IUS FEVDALE, quo hodie viimur est vel

RECEPTVM a longobardis, a Gerardo Nigro et Oberto de Orto sine ordine quidem conscriptum, et priuata autoritate, vt ad ius non scriptum merito referendum sit,

In germaniam Sec. XV. translatum est, et tanquam consuetudo notoria, probatione opus non habet.

Huc quoque pertinent Constitutiones certorum pontificum.

CONSTITUTVM, vt ius saxonum quod est vel commune vel electorale.

Ex legum istarum interpretatione et applicatione oritur

IVRIS PRVDENTIA FEVDALIS, ad cuius definitionem repetenda sunt supra dicta in connexione ciuilis iuris.

In decidendis causis feudalibus respicitur 1) ad litteras inuestiturae, 2) ad speciales loci consuetudines, 3) ad ius feudale saxonum et commune, 4) ad ius imperii, 5) ad ius longobardicum, in quo si occurunt pugnantia, sequenda est opinio, reliquis textibus quae conuenit, 6) ad rationem iuris, eaque deficiente, 7) ad ius ciuale et canonicum.

FEVDVM quasi feodum, *opponitur* allodio, *similitur* vel pro re in feudum concessa, vel pro contractu de illa re facta, vel pro iure acquisito, vbi

DEFINITIV per utile dominium rei sub fidelitate concessum. Differit in *fidelitate* ab emphyteusi, a bonis censiticis, libellariis, solidorum, precariis et superficie.

DIVIDITVR intuitu *accidentalium qualitatum*, in *vetus* et *nonnum*, *ecclesiasticum* et *secularare*, *regale*, *nobile*, *ignobile*, *ligium* et *non ligium*, *in curte* et *extra curtem*.

intuitu *naturalium qualitatum* in *perfectum*, vbi omnia naturalia adfunt, quod in dubio praesumitur, *imperfectum*, vbi natura certo modo est mutata, et quidem ratione acquirentis, in *masculinum* et *foemininum*, *modi acquirendi*, in *emtum*, *pignoratitum*, *recognitum*, *iniuratum*.

*objetti, feudum in pecunia consistens, e. g. Lehn-Stamm,
seruitiorum, francum, conditionatum, censual, laudemiale, quater-
natum, guardiae, gastaldiae, aduocatiae, aperturae.*

*Successionis, mere hereditarium, et ex pacto et prouidentia, alienabile,
habitationis, soldatae, de camera, de cauenna.*

CONCEDIT feudum **POMINVS DIRECTVS**, qui habet declarationem vo-
luntatis, rei dominium, et liberam bonorum dispositionem.

immediate aut mediate, vt in *bonis imperii* per imperatorem, cum vel
sine consensu statuum, in *bonis ecclesiasticis* per pontificem, episco-
pos, cum vel sine consensu capitulo, in *provincialibus* per principem,
in *bonis priuatorum* per mandatarium speciali mandato instructum.

ACQVIRVNT feudum **VASALLI**, qui apud Longobardos distingueban-
tur in Capitaneos, Valuafores maiores, minores et minimos,

Quilibet vero, cui non interdicturn est rerum commercium, ad feudum
acquendum admittitur, neque sexus, aetas, vel alia ciuilis conditio
attenditur.

Si Vasallus propter aetatem vel aliam rationem rebus suis superesse ne-
quit, tutor ei datur, de cuius constitutione, officio, dimissione, eadem
obseruanda, que supra traduntur, et qui proximus in feudo succe-
sor est, ille quoque proximus est in tutela.

RES in feudum danda in rerum natura et commercio existere debet, et
nihil officit, siue sit mobilis sine immobilis, *natura*, vt sylva, feudum,
molendinum, *lege* vt fructus pendentes, pertinentiae, propria, aliena,
communis, particularis, vniuersalis, corporalis, incorporalis, vt iu-
ra utilitatem praestantia, e. g. actiones, seruitutes, iurisdictio, aliaque
REGALIA vt ius armandiae, viarum publicarum, fluminum, veclig-
alium, ripatica, ius cuendae monetae, multarum, fisci, angariarum, pa-
latiorum, quo et pertinent argentariae, salinae, venatio, ius colle-
ctandi.

CONSTITUTIVR feudum domini directi consensu
tacito, per praescriptionem, b. f. iuslo titulo, tempore legitimo et posses-
sione non interrupta munitam, quod feudum regulare est, probatio
inuestiture hoc casu non exigitur.

expresso, quando praecedente contractu per inuestituram tradit,

INVESTITURA est solennis feudi traditio, diuiditur in

veram vbi res ipsa

fictam vbi signis rei possessio transfertur, testes vt apud Longobardos

hodie non requiruntur, sed probatur plerumque per documenta,

nudam quae ius in re tribuit,

nudam quae ad rem tribuit, vt *expectatiua*, quae tamen etiam quali-
ficata esse potest.

Fit

**Fit inuestitura vel pure vel sub conditione, vt de feudo *nondum aperto*, et
in *simultanea inuestitura*.**

**Suscipit inuestituram Dominus ipse aut per procuratorem, et feudum
praeceps tradere debet.**

**Accipit inuestituram Vasallus ipse aut per procuratorem, nisi dominus
praesentiam illius vrgeat, praesito *iuramento fidelitatis*, quod velit
dominum praestare incolumem, tutum, honestum.**

**Renouatur inuestitura mutato domino vel vasallo, ab omnibus, qui ius rea-
le in feudo habent, intra annum et diem, sub poena priuationis
feudi, nisi iusta concurrat excusatio.**

**probatur renouatio per testes et documenta. Pro confirmatio-
ne soluitur laudemium.**

EFFECTVS alii se exerunt feudo promisso, alii feudo tradito.

FEUDO PROMISSO *dominus* obligatur ad feudum tradendum, et vasallus
contra eum agit actione personali, mora admissa tenetur ad inter-
esse, et re aliena tradita ad euictionem, si lis denunciata fuit.

FEUDO TRADITO *Concedens* retinet dominium directum, quod alienare
et testamento transferre potest.

Vasallus fit dominus vtilis, percipit omnes fructus, quos alienare et te-
stamento liberare transferre potest, non vero feudum ipsum, neque
pretium ex feudo vendito quacsumum, nisi illi, quorum interest con-
fessant, statuto permisum sit, aut feudum sit mere hereditarium.

Liberi vero legitime nati, legitimati per matrimonium aut rescriptum
cum iure succedendi, sui et emancipati, masculi et ad seruitia habi-
les succedunt ab intestato, vbi tamen arbitrium domini non est ex-
cludendum, hinc et foeminae admittuntur, sed in subfidium.

Individuum feudum aequaliter, nisi sit individuum, et nepotes iure repre-
sentationis admittuntur.

Ascendentes et Collaterales in saxonie non admittuntur, sed deficien-
tibus liberis succedunt similitanea inuestiti.

Vasallus omnes contractus alienationem non inuoluentes recte init,
qualis est locatio, subfeudatio, quae tamen mortuo subinfeudante
exspirat, constituit usum fructum ad dies vitae, non vero donat, ven-
dit, in dotem dat, permutat, in solutum dat, oppignorat sine domini
consensu.

Vasallus obligatur ad fidem et seruitia praestanda, militaria, pagana,
determinata, indeterminata.

Successor feudum acceptans non quidem obligatur ad aës alienum
praedecessoris solvendum, nisi sit descendens, bene tamen ad onera
feudalia, ob quod feudum legitime oppignoratum, ad illius refe-
ctionem

ctionem impensum, residuum pretii ex quo feudum emtum, dotarium constituendum, dotein et alimenta nec non legitimam filiabus in subsidium praeslandam.

EXSPIRAT obligatio vasalli, sublato vel ademto feudo, id quod fit, interitu rei, confolidatione, praescriptione, morte vasalli sine successore, tempore elapo, vasalli renunciatione, domini renocatione ob-

FELONIAM, quae est violatio fidei vasalliticae,
committitur, dominum occidendo, vulnerando, iniuriis afficiendo, de
crimine capitali accusando, amicitiam cum inimicis colendo, se-
creta reuelando, feudum dolose negando, illicite alienando, dete-
riorando, seruitia omittendo, inuestituram non renouando.


requiritur tamen causae cognitio, et sic felonias non remissa, reddit feu-
dum ad dominum, saluo tamen iure simultanei inuestitorum.


ACTIONES circa feudum obuenientes sunt
praejudiciales, quae dantur domino, si vasallus negauerit se esse va-
sallum,

personales, ex contractu vel pacto	<div style="display: inline-block; vertical-align: middle; text-align: center;"> { domino ad feudum oblatum traden- dum, seruitia praestanda, vasallo ad feudum tradendum, in- teresse et euictionem praes- tandam, </div>
------------------------------------	---

reales	<div style="display: inline-block; vertical-align: middle; text-align: center;"> { petitoriae domino ad vindicandum feudum alienatum compe- tunt, vasallo rei vindicatio, publiciana, confessoria, nega- toria datur, possessoriae retinendae et recuperandae possessionis vasallo competunt. </div>
--------	---







Ka 3368

ULB Halle
007 412 282

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

GII ANDREAE
PACHIMI
IN NEXIO
PRIVATI
VILIS
ET
DALIS

IN
AVDITORII
NCINNATA



SECVNDA AVCTIOR.

I IPSIAE
STIANVM LANGENHEMIVM
MDCCXXXIX.

1 Reich